

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sammelhandschrift - Cod. Aug. perg. 106

[S.l.], [10. Jh.]

Augustinus, De musica (l.xi.19-l.xii.26)

[urn:nbn:de:bsz:31-1316](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-1316)

Quando ad intelligentiam ueritatis aliud ex alio significantia referuntur.
perfecto non solum id quod fecit ait dixit iacob patri ut benediceretur. Sed neq.
illud quod ioseph uelut illudendis loquutus est fratribus. Nec quod dicit
simulauit insaniam & cetera huiusmodi mendacia iudicanda sunt. Sed locu-
tiones actionesq; prophetiae adaequae ueritatis sunt intellegenda referendae.
Nam id ipsum quod iacob fecit ad tene. aedinis certe pellibus membra
contexit. Sicut autem proximum requiramus mentium putabimus hoc
enim fecit ut putaretur esse quod non erat. Si autem hoc factum ad illud
propter quod significandum reuera factum est referatur. per aedinas pelles
peccata. per uero qui esse operuit ille significatus est. qui non sua sed aliena
peccata portauit. EX LIBRO PRIMO. S. AUGUSTINI DE MUSICA.

AD ISO PRINCIPIO NUMERORUM CAPIAMUS CONSIDERATIONIS
exordium ut quamuis per infinitum numerus progrediatur. Articulos
quosdam homines innumerando fecerint a quibus ad unum rursus
redeant. quod est principium numerorum. innumerando enim progredimur
usq; ad x atq; inde ad unum reuertimur. at si denariam complicationem per-
sequi uelis. ut hoc modo progrediaris. x. xx. xxx. usq; ad centum est
progressio sicut denariam. c. cc. ccc. in mille est articulus quod redatur.
prima enim regula denario praescribitur. Nam ut decem decies habet
unum. ita centum decies habent eodem decem. & mille decies habent centum.
& ita deinceps quousq; libitum est progredi. uiuit in huiusmodi quasi articu-
lus quod in denario numero praefinitum est. Hoc ergo quantum diligent
possimus per seruetur. quatenam sit ratio ut ab uno usq; ad decem progressus
inde rursus ad unum reditus fiat. Vide abste quaero utrum quod
uocamus principium possit omnino nisi alicuius esse principium nullo
modo potest. Item quod dicimus finem potest nisi alicuius rei finis
esse. & iam id non potest quid a principio ad finem numputas pueniri posse
nisi per aliquod medium non puto. Ergo ut totum aliquid sit principium
& medium & fine constat ita uidetur. Dic itaq; nunc principium medium
& finis quonumero tibi continere uideantur. Arbitror ternarium
numerus. tria enim quaedam sunt de quibus quaeris quare in ternario
numero quandam esse perfectionem uides quia totus est. habet enim prin-
cipium medium & finem. Ideo omnem numerum. aut par esse aut impar.
Recordare ergo & dic mihi quem soleamus dicere par quem impar
numerum. An ille qui potest in duas partes aequales diuidi par qui autem
non potest impar uocatur. Cum igitur ternarius primus sit totus
impar & principium enim & medium & fine constat ut dictum est nonne oportet
& iam par esse totum atq; perfectum. Ut ne & iam principium medium finisq;
inueniatur oportet sane atq; iste quisquis est potest habere indiuiduum medium
sicut impar si enim haberet non possit in duas aequales partes diuidi